

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

121. De proprij judicij, ac intellectus abnegatione in collocutionibus ac
disputationib[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

D. Aug. ser.
de verb. Apost.

Sic Augustinus: Omnem creatutam A
excedit, omnem facturam præterit, A
universa præcellit: si enim quæras ma-
gnitudinem, major est, si pulchritudi-
nem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior, si
splendorem, fulgidior, si iustitiam ius-
tior, si fortitudinem, fortior, si pietatem,
clementior. Et subdit rationem: Nulla
enim ratio patitur, ut velfactura factori
suo æquetur, vel opus artifici compare-
tur. Quod jam præallegata scriptura
comprobat: Qui fecit fortia, fortior est, &
qui fecit pulchra, pulchrior illius est. Eadem
est sententia Bernardi. Qui inquit, mi-
taris in Sole splendorem, in flore pulchri-
tudinem, in pane saporem, in terra fœ-
cunditatem? Sed à Deo hæc universa do-
nata sunt, nec dubium, quin multò am-
plius reservaverit sibi, quam dederit crea-
turi. O quam facilis! o quam suavis
ascensus hic per creature ad Creatorem!
Considerate lilia agri, quoniam, nec Salomon in
omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex
ipsis. Et hoc scilicet pulchritudine, odore,
Plotinum Philosophum ad Deum ascen-
d. Aug. 10. de diffe. scribit August. Et Tullius: Cūm
Civit. 14. tam certos cali motus, tam ratos astro-
Cic. 2. denat. tum ordines, ramque inter se omnia con-
nexa considero, in antiquum Attificis to-
tus accendor.

Matth. 6.

tiunt, ac si essent perpetui interpretes re-
ritatis, Scripturæ glossatores, Rabbi su-
per terram, Doctores irrefragabiles, qui
soli spiritum Dei haberent, per quos solos
loqueretur Deus.

Plenus sum sermonibus (dicebat his per-
similis in Job) coarctat me spiritus uteri mei, Job. 32.
en venter meus quasi mystum absque spir-
culo. Ubi Gregor. ad norat, superbos ple- D. Greg.
nos se spiritu sancto asserere, & hinc ar- Job. 33.
roganter dicere: Audi, Job, eloquia mea, &
omnes sermones meos auſculta. Vides hic,
quæſo, characterem, formam quo loquen-
di arrogantium? Hoc enim habet pro-
prium doctrina arrogantium, ut humili-
ter nesciant inferrere, quod docent: in ver-
bis enim eorum proditur, quod cùm do-
cent, quasi in quodam ſibi videntur subli-
mitatis culmine residere, eosque quos
docent, ut longè infra ſe positos, veluti in
imo respiciunt, quibus non consulendo
loqui, sed vix dominando dignantur. Ver-
ba Elii ad Seniores: Iunior sum tempore. Job. 32.
Sperabam, quod aetas prolixior loqueretur, &
annorum multitudine doceres sapientiam, sed
ut video, (o quam malè vides!) spiritus est
in hominibus, & inspiratio Omnipotens das
intelligentiam, q.d. Nuper ego med. spicie-
bam juvenē, verebar & venerabar senes:
D intus majorem spiritum alunt, acutiores,
doctiores, sanctiores suis ſenibus. Non
ſunt longi sapientes, nec ſenes intelligent ju-
dictum, idē dicam, audite me, ostendam vobis
ego meam sapientiam. O mentis tumorem!
o judicij proprietatem!

Hanc in mutuis colloquiis, aut disputa-
tionibus per necessariam abnegatio-
nem suadet Apostol. 2. Tim. 2. Noli con-
tendere verbis. Græcæ: Noli verbigerare. Græc.
E Hoc est, inutiles quæſtiones de nomi-
ne, ut ajunt, devita, non enim ad verita-
tem ſei faciunt. Sic Augustinus. Verbis
contendere, eft non curare, quomodo er-
ror veritatem vincatur, ſed que modis di-
ctio tua dictione præferatur alterius, ſci-
licet in disputando non veritatem quæ-
rere, ſed ostendare ſcientiam doctior, aliis
videti, vicit, ac ſuperior evadere velle,
quod juvenum eft, ac elati animi.

O quam

De proprij judicij, ac intellectus abnegatione in colloctioni- bus, & disputatio- nibus.

PUNCTUM CXXI.

Spiritu con-
tradicitionis
qui habeant.

Ed jam ad proprij judicij ac intel-
lectus abnegationem revertamur. Eo-
dem proprij judicij, ac intellectus virtio
laborant, qui in colloctionibus, ac dis-
putationibus ita ſunt propriæ addicti
ſententiæ, ut alterius nunquam acquie-
ſcant. His spiritum contradicitionis ha-
bent, nunquam ſentient, quod alij ſen-
tient, devita, non enim ad verita-
tem ſei faciunt. Sic Augustinus. Verbis
contendere, eft non curare, quomodo er-
ror veritatem vincatur, ſed que modis di-
ctio tua dictione præferatur alterius, ſci-
licet in disputando non veritatem quæ-
rere, ſed ostendare ſcientiam doctior, aliis
videti, vicit, ac ſuperior evadere velle,
quod juvenum eft, ac elati animi.

O quām malū! & quām contra chartatēm suām semper mordicūs sententiam tueri! Ut modesti fuerunt sancti, & ipsi met Ecclesiae Doctores! Magnus ille Doctor Ecclesiae Gregorius ad enascentem quandam in parabola nupiarum difficultatem ex contextu D. Marth. & D. Lucae, hoc habet: At si quis forē contendat, hanc eandem esse lectionem, ego melius puto, salva fide, alieno intellectui cedere, quām contentionibus deservire.

Apostolorum Princeps objurgatus à Paulo, quōd adhuc quibusdam cibis, veluti anteā in lege, abstineret, quanquām in hoc nec venaliter quidem peccaverit, qui in rectissima fecerit intentione, ut optimē probant recentiores, Vasq. & Corn. à Lapide: nam licitum erat intermedio eo quodam tempore, hoc est, ante plenam evangelicā legis promulgationem, antiquis, ac jam mortuis, etiā nec dum mortiferis cæremoniis uti, quemadmodum idem Paulus usus est, dum Timotheum circuncidit, sibi que caput in Cenchreis torundit, ne Judæi scandalum patarentur, & Judæum sefaciens, ut Judæos ipsos lucifaceret, & sic Petrus usus est, ne Judæi recens conversi, neandum prorsus Moysēm dedocti, quasi nimia legalium ciborum abstinentia laderentur nihil tamen pro rei defensione iatulit: sed protinus correptioni conquivit, ac humiliter tacens, quōd reprehensibilis esset, juxta Pauli sententiam, confessus est. Pro qua re in sacris Paginis difficillima, ut ex D. Hieronym. ad Augustinum, & Augustini ad Hieron. epistolis patet, quod Petrum reprehensibilem dicamus, nec tamen venialiter deliquisse, observandum est, duo in quavis actione posse considerari: primum, intentionem, conscientiam, & fidem, qua actio sit: secundum, eventum illius, aut omissionem alicujus circumstantiæ ex inconsiderantia, qua fiat, ut ea actio minus cauta, & prudens ab aliis censeatur. Hinc accidere potest, ut quis interdum à culpâ sit liber omnino ab naturalem inconsiderantiam, exterius tamen videatur reprehensione, & admonitione dignus ob aliud, quod inde oriatur. Sic Paulo vi-

Speranza Scriptura selecta.

A sus est reprehensibilis Petrus, quōd non Abnegatores tam cautē illis adhuc cæremoniis usus sui iudicij Petri fuerit, ut ex Barnabæ, aliorumque quo- trus & Eli-

rundam hæsitatione constituit. Habuit Iesu, ergo integerimam intentionem, ac si dem Petrus, dum a cibis abstinuit, & per consequens non peccavit: quia tamen cautor ac prudentior fuisset, si non abstineisset, cum hæc non abstineodi facultas jam cuique data esset, & præsertim ab ipso Petro verbo, & exemplo alijs comprobata fuisset, abstinenſ nunc maximē cum admiratione quorundam, ut reprehensibilis judicatur, ne scilicet alij ex facto aliquilico, quōd in posterum non liceret, afferere auderent.

Hic autem quis non miretur sumiam S. Petri mo- intellec̄tus abnegationem dum summa destia, & hu-

Theologorum (hunc titulum dat Petrus militas. Arcopagita) tam humiliter siluit, ac prot-

sus acquievit? Nulla Petrus usus est ratione ad factum comprobandum. Non dixit: Meum est de rebus fidei decernere: scio, ac intelligo id, quod ago, sed vel coram multitudine protinus caput submisit. Unde Gregor. Tacuit Petrus, ut qui primus erat in Apostolatus culmine, pri-

D. Gregor.
hom. 18. in
Ezech.
D. August.
ep. 19. ad
Hier.

mus esset in humilitate. Est August. Ra- rius, & sanctius exemplum Petrus post- tris præbuit, quōd non dedignarentur à posterioribus corrigi, quām Paulus, quōd confidenter auderent minores majoribus pro defendenda veritate, salva chari- tate, resistere.

Sed 4. Reg. mirabilis certè proprij ju-

4. Reg. 2.

dicij, ac intellectus abnegatio Eliæ. Jam suis oculis viderat Prophetæ currus igneo raptum Eliam, unde clamavit: Pater mi,

Chartus. hoc

Pater mi, curvus Israël, & auriga equus; paulò post adveniunt filij Prophetarum (quod est in Scriptura phrasit, discipuli Prophetarum) & cum eis quinquaginta viri fortes, ut querant Eliam: Si forte, inquiunt,

Ezech.

tulisset eum Spiritus Domini, & projecisset eum in unum monitem, aut unam vallum.

D. August.

Ad quos Eliæ, qui Eliam raptum vide-

loco.

rat, & non reversum usque ad mundi fi-

nem, per speciale revelationem nove-

rat: Nolite, inquit, mittere. Hoc est: Jam

August.

raptus est, frustra in terris queretur.

Ep. 19. ad

Iher.

Illi vero coegerint eum, donec acquiesceret, &

B. b. diceret:

diceret: *Mitte.* O singularem judicij abnegationem! ut mox acquevit! ut non contestatus est per cælum, per terram, per Deum, propriis oculis vidi! sed ne contenderet, cessit, & dixit: *Mitte;* potius cum rubore voluit cedere. *Et coigerunt eum,* donec quiesceret. Græcè: *Et coigerunt eum,* donec erubesceret, vel Hebrei usque ad pudefieri. hoc est: Illi obstinato animo contendebant repertum iiii; ille maluit pudore suffundi, quam amplius contentiose obsistere. *Mitte,* inquit. *Et miserunt quinquaginta viros,* qui cum quasissimis tribus diebus, non invenerunt, & reversi sunt ad eum; quibus ait: *Nunquid non dixi vobis: Nolite mittere?* Sic, sic, et si res, de qua agitur, ipsa luce meridiana sit clarior, et si manibus palpara, & oculis visa, præstat magis pro servanda pace quiescere, quam contadicere.

Hoc generaliter habeas pro quacunque re temporali, inquit D. Vincent Ferri. ut ubi alium contradicere videas, quantumeunque exorbitet à judicio rationis, quodcunque incommodum sufferas pro interna mentis tranquillitate servanda, quæ per tales repugnantias perturbatur, dum homo suo iudicio adhærendo verbis, vel cogitationibus cum aliis altercatur. Nec hoc solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, quia maius detrimentum acquires in diminutione humilitatis, tranquillitatis, & pacis, cum aliis contendendo, quam possis reperire profectus in quoconque alio virtutis exercitio, voluntate propria affecuta, alteri repugnando.

Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio inerditionis tuae confundere. Hoc est, secundum Jansenium, si quod mendacium per imprudentiam, & insciiam præstulisti, ne pergas illud impudenter defendere, aut negare, sed potius illud verecundè fatere. Sunt, qui quolibet dictum, eti nulli subnixum rationi, eò solum, quod dictum est, defendunt. O quam satius de mendacio inerditionis aliquando confundi, quam pertinaciter semper tuam sententiam queri!

Grace.
Hebr.

S. Vinc. Ferr.
juxta vita
jfir. c. 3.
Contentiones
q. amorem
f. ignea.

Ecl. 4.

Jansen. ibid.
Mendacium
fatere potius,
quam defen-
das.

A. Quam abhorrebat Job à contentionebus, dum rogabat amicos: *Respondete, obserero, absque consentione, & loquentes id, quod justum est, judicete.* Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris: q.d. Vocem non extollatis, sed sedato, peccatòque animo loquimini, ut veritatem dignoseatis, non contentiose eam impugnetis. Septuag. *Sedete, obsecro:* hoc Septuag. est, non surgaris elatione vocis, ac motu corporis, (quod rixantium est, qui voce volunt pertingere, quod ratione non possunt) sed sedete, ut sedato animo disputetis.

In disputationibus eousque progre- In disputationibus eousque progre-
endum, quousque veritas emergat: quæ nibus quo-
ubi emergetur, statim est quiescendum. que progre-
dium.
Quod erit fieri debet ante, si alter tur-
bato animo contradicit. Virulenta victoria est, ubi cum viceris, perdas amicum.

G. Lipsius.

Absine à lite, & minime peccata. Et ho- Lipsius.
nor est homini, qui separat se à contentione- Ecl. 28.
bus. Tu nisi certes sublumas, ac insur- Prov. 20.
gas, inhonorum te reputas. Salomon Cavendum
inquit, majorem esse honorem, separare libibus,
se modestè à contentioneibus.

Confuluit Apostolus, ut ne lites sint, z. Tim. 2.
res ipsæ dimittantur. Tu opinionem
tñam, ne fiat lis, non dimittes? non cedes?
non conquiesces? Id optimè faciunt, qui
paulatim assuefecunt abnegationi proprij
intellectus, qui norunt alienam senten-
tiam estimare, meliori calculo subscri-
bere, &c.

Inter veræ sapientiæ proprietates, ma- Jacob. 3:
destia, & suadibilitas est. Sic Jacobus: Sapientia ve-
Quod desirsum est sapientia, primum quidem
pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibili- regnum ju-
bonis consentiens; hoc est, reddit facilem, do-
cibilis, & subditos saniori doctrinæ, me-
lioribus consilii, ac liquidæ veritati. Sic
Paëz ibidem. Itaque sapientiæ deot- Paëz ibid.
sum est, nunquam alteri se submittere, Terreni indi-
sed veri sapientis est, bonorum sua- tium pertin-
fioni affensem præbere. Sic cia.
Beda.

D.